Confessio facta in tormentis, vt probet, quæ requirantur, ibid. nu.142
Confessio voluntaria,& confessio spontanea, quomodo differãt, ibid.nu.144
Confessio in tortura, an, & quando validior sit spontanea, q.65. num.2
Confessio spontanea sine indicijs valet ad condemnandum, ibi. num.4
Et quid si fuerit reus absolutus, quia crimen non erat probatum, ibid.nu.5.
Et quid si non præcessit processus,ibid.nu.6
Et quid in confessione muti signis declarata,ibid.nu.7
Confessio spontanea non requirit ratificationem,ibid.nu.9
Confessio rei maior est alijs probationibus,ibid.nu.10
Confessio facta post appellationem ab interlocutoria de torquendo,appellationem non impedit,& dicitur facta metu tormentorum,q.94.nu.18
Confessio ficta inducta à statuto operatur circa ea,quæ sunt facti, non iuris,q.96.nu.13
Confessio extraiudicialis,vt faciat indicium plura requirit,q.21 nu.121
Confessio extraiudicialis non probatur per vnicum testem licet tortum,& quomodo probetur, ibid.nu.122
Confessio extraiudicialis rei, sicut facit indicium ad torturam, ita confessio extrajudicialis querelantis,quę facit ad fauorem rei,prodest ad absoluendum,ibid.nu.123
Confessio an faciat inditium ad torturam,si reus eam reuocauit, ibid.nu.124
Confessio extraiudicialis, & etiam iudicialis, potest reuocari constito de errore,q.21.nu.125
Confessio extraiudicialis facta a minore facit indicium,si tamen minor eius ætatis sit,vt possit torqueri,ib.nu.126
Confessio extraiudicialis,vt faciat indicium,non requirit partis præsentiam, ibid.nu.127
Confessio extraiudicialis parte præsente plenè probat, si de crimine ciuiliter agatur,ead.q.nu.128
Confessio extraiudicialis,vt faciat indicium, debet esse particularis,& non in genere,q.21.nu.129
Confessio facta sacerdoti, non facit indicium, nec vllum effectum operatur, si sacerdos confessionem reuelet, ibid.nu.130
Confessio extraiudicialis an operatur contra sententiam, ibid. num.131
Confessio facta coram iudice incompetenti, si à iudice competenti omnia acta declarentur nulla non præiudicat, quæst.21. nu.134
Confessio coram Iudice incompetenti, quando faciat indicium, ibid.nu.135
Confessio facta coram Notario maleficiorum,absque iudicet facit indicium ad torturam,ibid.nu.137
Confessio reuocata an faciat indicium ad torturam, remittitur arbitrio Iudicis, ibid.nu.139
Confessio facta in tormentis ante repetitionem testium, non conualidatur ex repetitione subsequenti, q.45.nu.15

Ex Claro.

CONFESSVS absque denunciatione,vel inquisitione,aut accusatione condemnari an possit,l.5.§.fi.q.11.nu.1
Inquisitio fieri non potest ad priuatorum commodum, ibidem, num.2
Procurator fiscalis procedit per inquisitionem contra tenentes bona Principis,ibid.nu.3
Testis depositio etiam in tortura, absque citatione, non nocet parti, ibid.nu.4
Testes sufficiunt haberi per reum pro legitimè examinatis, ibid. num.5

Ex Additionibus.

CONFESSVS duo furta,de quibus constabat,& plura alia minima,de quibus non constabat, an possit ad furcas condemnari, §.furtum,nu.28
Confessus homicidium patrasse ad sui defensionem licet non probatam, non poterit puniri capitaliter, §. Homicidium, num.104
Confessus fictè potest condemnari,licet Iudici constet,quòd poterat aliqua exceptione se tueri,q.44.nu.42
Confessus absque denuntiatione,vel inquisitione, aut accusatione condemnari non potest, q.11.nu.1
Confessus fictè per statutum,an,& quando appellet, q.9. nu.3
Confessus,non conuictus,mitius est puniendus,q.60. iub nu.113
Et confessus sponte quis dicatur, ibid.
Confessus, & conuictus etiam metu tormentorum non appellat, q.94.nu.15
Confessus spontè in statu Ecclesiastico non appellat, ibidem, num.17
Confessus coram sacerdote, & testibus dicitur publicus reus criminis,q.55.nu.3
Confessus delictum si de facto fuerit absolutus, an vigore illius confessionis possit iterum molestari,q.57.nu.15
Confessus bis crimen vario modo,postmodum generaliter confessionem ratificans non potest puniri, sed debet magis specificè interrogari,q.64.nu.132
Confessus, & ratificans, an debeat puniri, si post sententiam de innocentia constet,ibid.nu.134
Confessus,& ratificans non admittitur amplius ad reuocandum, ibid.nu.140
Cõfessus delictum,de quo inquirebatur, an possit super alijs interrogari nullis extantibus indicijs,ibid.nu.147
Et quid in Clerico,ibid.nu.148
Confessus spontè debet condemnari, etiam, quòd secundo loco in tortura contrarium depoluerit,q.65.nu.1
Confessus crimen an censeatur fateri qualitates,ibid.nu.8.
Confessus an dicatur propriè conuictus si statutum de conuicto loquatur,q.66.nu.6.
Confessus coram iudice incompetenti, confirmare tenetur confessionem coram competenti, & ex ea potest damnari, q.21. num.136.
Confessus in tormenti, quare possit repeti si confessionem reuocauerit,ibid.nu.138
Confessus in tortura absque indicijs,etiam si pluriens ratificauerit,& delictum per euidentiam facti sit verificatus an, & quomodo sit absolutus q.55.sub nu.33
Confessus non dicitur conuictus,§.fi.q.94.nu.* 16

Ex Claro.

de CONFISCATIONIS certæ partis bonorum, vel aliquarum rerum,pœna,§.fi.q.79.nu.1.
Stuprum committens punitus in dimidia parte bonorum, ibid. num.2
Arma noua, quæ quis vendiderit, aut emerit, fisco applicantur, ibid.nu.3
Domus priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria, fisco applicantur,ibid.nu.4
Item domus ædificata iuxta aliam domum,non dimisso spatio 15 pedum,fisco applicatur,ibi.nu.5
Locus,in quo ædificatur sepulchrum in ciuitate,fisco applicatur, ibid.nu.6
Bona pro quibus quis accommodat fidem defuncto de eis restituendis alicui incapaci,fisco applicantur, ibi.nu.7
Hærede non vindicante necem defuncti, hæreditas fisco applicantur,ibid.nu.8
Hæreditas per metum alicui relicta fisco applicatur, ibidem, num.9
De pœna confiscationis omnium bonorum, §.fin.q.78.nu.1.
Dispositio authenticæ, bona damnatorum,an corrigatiura antiqua,per quæ imponebatur bonorum confiscatio, ibid.
Sententia capitalis ex dispositioue statuti an secum trahat confiscationem bonorum, ibid.nu.2
Quæ sint crimina,pro quibus imposita est bonorum confiscatio, ibid.nu.3
Apostata punitur confiscatione bonorum,ibid.nu.4
Et quis dicatur apostata,ibid.
Et an apostata recipiatur ad pœnitentiam,vt hæreticus, ibi.
An quilibet iudex possit imponere pœnam confiscationis bonorum,ibid.nu.5
Episcopi an habeant fiscum cui possint bona delinquentium applicare,ibid.nu.6
Quæ veniant in confiscatione bonorum,ibid. nu.7

Ex Additionibus.

CONFISCATIO bonorum, non dicitur pœna extraordinaria, q.64.nu.125
Confiscatio bonorum quomodo procedat de iure,q.78. nu.1
Et quare sit introducta,ibid nu.2.
Et quomodo applicetur si fuerint plures Domini vnius Castri, ibid.nu.3
Confiscatio bonorum non habet locum,quando imponitur pœna extraordinaria,q.85.nu.40
Confiscatio quæ infligitur ipso iure,quid operetur,q.78.nu.4
Et quando veniat ipso iure,ibid.nu.5
Confiscatio quando dicatur venire tacitè, & in consequentia, ibid.nu.7
Confiscatio non habet locum contra Neapolitanos, nisi in crimine læsæ Maiestatis,& hæresis,ibid.nu.8
Nec Bononiæ ex consuetudine,ibid.nu.9
Et qui in eis succedat,ibid.nu.10
Confiscatio imposita contra dispositionem,Auth. bona,est nulla,sine appellatione,q eadem,nu.11
Confiscatio imposita per statutum dictantes, quod bona delinquen-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quentium vere, vel fictè intelligantur confiscata à die criminis, quomodo intelligatur, ibid.nu.12
Confiscatio non habet locum in condemnato ad mortem pro furto ex forma statuti, ibid.nu.13
Nec in delictis primatis, nisi statuto caueatur nominatim, ibid. num.14
Nec in eo, qui condemnatus moritur, nisi in crimine hæresis, & Maiestatis, ibid.nu.15
Nec in delictis consumatis, ibid.nu.16
Confiscatio fit ipso iure in ducentum quinquaginta casibus, ibid.nu.17
Confiscatio non venit sub generali arbitrio iudici concesso, ibid.nu.19
Confiscatio an extendatur ad feuda, ibid. nu. 23
Et an ad bona prohibita per testatorem alienati, q.78.nu.24
Et an ad emphyteusim, ibid.nu.25
Et an ad ius patronatus, ibid.nu.26
Et quid si confiscatur Villa, in qua erat ius patronatus, ibidem, num.27
Et an ad iura actiones, & nomina debitorum, ibid.nu.28
Et an ad vsumfructum bonorum prohibitorum, alienari, ibid, num.29
Et an ad bona feudalia, ibid.nnm.30
Et an ad fructus feudi, ibid.nu.31
Et quid si fuerit facta substitutio sine liberis, ibid.nu.32
Et quid si fuerit facta confiscatio tacentibus, fideicommissarijs, & videntibus, an fideicommissum extinguatur, ead.q.nu.33
Confiscatio bonorum filij an extendatur ad legitimam viuo patre, ibid. nu.48
Et an ad peculium profectitium, in quo filius habeat potestatem donandi, & disponendi, ibid.nu.49
Et quid in statu Ecclesiastico, ibid.nu.50
Et quid in peculio aduentitio, ibid.nu.51
Et quid si in eo filius habet administrationem, ibid.nu.52
Confiscationis ipso iure effectus, q.78.nu.102
Et quid si statutum requirat delinquentem condemnari, ibidem, num.103
Confiscatio ad quem pertineat mutato Domino ante sententiam, sed post delictum, ibid.nu.144
Confiscatio quando ad bona alibi sita, extendatur, ibid.num.145
Confiscationis pœna non habet locum pro contumacia in causa ciuilis, & si motu Principis fuisset concessa, q.31.nu.22
CONFISCATIS bonis patris, an confiscatur vsusfructus dicti peculij in damnum filij, q.78.nu.53
Confiscatis bonis patris, an aliquid filijs reseruetur, ibid.nu.120
Et quid de nepotibus, & filijs adoptiuis, & legitimatis, ibidem, num.121
Confiscatum feudum, an applicetur Domino, vel Principi, q.78. num.134
Et quid de bonis confiscatis ob crimen hæresis, ibid. nu.135
Et quid ob crimen læsæ Maiestatis, ibid.nu.136
Confiscata bona applicantur Domino territorij, licet confiscatio præcesserit concessionem castri, ibid.nu.137
Confiscatis bonis vbicunque existentibus venium bona alieni territorij, licet ibi non essent leges speciales, virtute quarum posset fieri confiscatio, ibid.nu.141
Confiscata bona cui applicentur de consuetudine, ibid.num.143
Confiscata bona si à fisco loci derelinquantur, in quo sita sunt, non applicantur fisco condemnantis, ibid.nu.145
Confiscatis bonis existentibus extra territorium, princeps non potest concedere gratiam, quo ad bona alterius Principis, q. 78.nu.132
Et quid in bonis applicatis Baroni, ibid.
CONFITENS delictum sub spe impunitatis, quomodo sit puniendus, q.55.nu.9
Confitens se hominem occidisse, & proiecisse in mare, an puniatur cadauere non apparente, ibid.nu.13
Confitens se latronem, & disrobatorem stratarum, sibi non præiudicat, nisi crimina confiteatur in specie, q.55.nu.21
Confitens se Titium occidisse condemnari potest si Titius ille non reperiatur, ibid.nu.23
Confitens delictum cum aliqua qualitate, an, & quomodo puniatur, ibid.nu.41
Confitens se vulnerasse ad sui defensionem, quando teneatur probare qualitatem, si de pœna conuentionali, agatur, ibid. num.42
Confitens delictum simpliciter, an censeatur confiteri eius qualitates, q.55.nu.43
Confitens se occidisse ad sui defensionem, an possit torqueri, vt pure fateatur, ibid.nu.46
Et quomodo hoc casu sit respondendum, ibid.nu.47
Confitens aliquem occidisse cum tamen vulnerasset, an secuta morte post confessionem possit ex illa confessione condemnari, q.55.nu.3
Confitens extra iudicium se gloriando delictum cõmisisse, quòd non commisit, iudicis arbitrio punitur, q.21.nu.132
CONFRATRES, & oblati an gaudeant priuilegio fori, & per quos puniantur in Regno Neap.q.35.nu.21
CONFRONTATIO non valet, si non præcedant iuramenta testium ad præsentiam partis, q.45.nu.45
Confrontatio testium cum reo quid operatur, ibid.nu.54
Confrontatio quomodo sit facienda, ibid.nu.60
Confrontatio sine iuramento nihil operatur, ibid.nu.64
Confrontatio habetur loco publicationis, q.45.nu.61
Confrontatio quando habetur loco repetitionis, ibid.nu.63
CONFVGIENS cum furto ad Ecclesiam, an fiat sacrilegus, q. 38.nu.49
Confugiens ad sacerdotem portantem Eucharistiam, an & quãdo liberetur, q.98.nu.2
Et quid si obuiet Cardinali, ibid.nu 3
Et quid si meretrix petat condemnatum in maritum, ibidem, num.4
Confugiens ad Ecclesiam an possit capi. q.30.nu.5
Quid in statu Ecclesiastico, nu.6
Quid in Regno Neap.num.7
Quid in Parma, num.8
CONGREGATVS discedens à consilio habetur pro contradicente, §.fi.q.16.nu.*22
CONIECTVRÆ subornationis, §.falsum, nu.15
CONVICTVS, vt accusare possit, arbitrio Iudicis diffinitur, q. 14.num.9
Conuicti quando ad accusandum admittantur, ibid.nu.13
Et inter eos datur ordo prælationis, ibid.nu.14
Et pluribus concurrentibus, qui sint præferendi, ibid.nu.15
CONSANGVINEI quando repellantur à testimonio ferendo, §.fi.q.24.nu.157
CONSANGVINEVM clerici percutiens respectu clerici incidit inc.si quis suadente diabolo.q.77.nu.3
Consanguineus inimici ex linea ascendenti, & descendenti non facit inditium, quæst.24.nu.14
Consanguinei vsque ad quem gradum repulsentur, ibid.nu.15
Consanguinei appellatione venit amicus intimus, ibid.num.16
Consanguineus se offerens omnino repellitur, q.24.nu.130
Consanguineo an sit credendum, remittitur arbitrio Iudicis, q. ead.nu.133
Et quid si sit multum notæ fidei, nu.134
Cetera vide supra in verb.assinitas.
Consanguineis deponentibus contra ipsorum consanguineis, maiores probationes requirunt in contrarium, q.24.nu.138
Consanguineis accusati testium depositionem impedientibus non oritur præsumptio contra accusatum, q.21.nu.147
Consanguineus quando possit accusare, q.14.nu.4
CONSANGVINITAS transuersalis an repellat à testimonio, q.24.nu.57
CONSCIVS criminis, quando reuelare teneatur, q.87.nu.1
CONSENTIENS decreto litterarum remissionalium an possit reuocare concessum, q.26.nu.11

Ex Claro.

CONSILIVM dans alicui, vt delinquat, qua pœnâ sit puniendus, §.fi.q.88.nu.1

Ex Additionibus.

CONSILIVM in dubio præsumitur bonum, q.88.nu.5
Consilium instigatio, instructio, & persuasio, quomodo differat, ibid.num.7
Quando quis teneatur ex consilio, ibid.nu.9

Ex Claro.

CONSTARE iudici ante omnia debet de delicto, lib. 5. §. fin. q.4.num.1
Et quomodo dicatur constare de delicto ad effectum procedendi, ibid. nu.2
Et quomodo de delicto facti transeuntis, ibid.nu.3
Et quomodo de delicto facti permanentis, ibid.nu.4
Et quid si dubitatur an delictum interuenerit, ibid.nu.5
CONSTITVTVS in peccato mortali an possit accusare, §.fin.q. 14.num.10
Constitutus in peccato mortali an possit esse testis in criminalibus, §.fi.q.24.nu.16

Ex Additionibus.

CONSVETVDO loci in pœnis infligendis est seruanda, q. 60. num.95
Consuetudo an excuset à pœnis, §.blasphemia, nu.28
Consuetudo, quòd non pereat instantia, valet, q.51.nu.27
Consuetudo potest inducere, vt delinquens in vna Ciuitate, puniatur in alia confederata, q.38.nu.25

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Consuetudo, quòd quis sit Iudex in causa propria an valeat, q. 35.nu.33
Consuetudo in pœnis imponendis attendi debet, q.67.nu.11
Consuetudo in delictis puniendis potest quantum lex, ibid.
CONSVLENTIS verba in dubio ad bonum interpretantur, §.fi. q.88.nu.10
CONSVLENTES falsum testimonium machinantes, & falsi testantes, qua pœna puniantur in Regno, §.falsum, nu.43
Consulens delictum quando puniatur, q.88. nu. 1. & quomodo, ibid.
Consulens amasio vxor, vt maritum, occidat an punienda sit vt homicida, ibid.nu.2
Consulens delictum tenetur nedum si is cui consuluit offendi, sed etiam quando ipse, vel alius offensus fuerit, ibid.nu.3
Consulens delictum quid debeat facere, antequam crimen sequatur, vt euitet pœnam, ibid.nu.4
Consulens debet probare, quòd delinquens etiam sine suo consilio deliquisset, ibid.
Consulens non potest condemnari si principalis fuerit absolutus, ibid. nu.6
Consulens, vel persuadens, aut inflammans, ad sui ipsius commodum an dicatur mandare, & teneatur pœna statuti, quæst. 89. num.4
CONTEMNERE dicitur nolens obedire, §.1.nu.29
CONTEMPTVS iudicis dicitur delictum, §.1.nu.28

Ex Claro.

Contrahentes scienter incestas nuptias sunt excommunicati, §.fi. q.77.nu.30

Ex Additionibus.

CONTRARIVS testis quomodo torqueatur, q.25.nu.21
Contrarium tamen seruatur in practica, q.94.nu.31
Et quid in Francia, ibid.

Ex Claro.

CONTVMACIA habens annexum contemptum iudicis, dicitur delictum, & potest criminaliter puniri, §.1.nu.13

Ex Additionibus.

CONTVMACIA purgata an facia indicium ad torturam, q.64. num.36
Et quomodo purgetur, ibid.nu.37
Et quid in Regno Neap. ibid.nu.38
Contumacia habetur pro confessione, quando ex statuto contumax habetur pro confesso, q.51.nu.35
Contumacia an possit remitti, q.31.nu.23
Contumacia est in causa, quòd fiscus plenius non probet suam intentionem, q.44.nu.28
Contumacia an sit acceptanda, ibid.nu.64
CONTVMAX in comparendo potest probare suam innocentiam, licet à statuto habeatur pro confesso, & conuicto, §. falsum, nu.135
Contumax in criminalibus non censetur Iudicem contemnere sed nolle in sui discrimen incidere, q.31.nu.21
Contumax in criminalibus non mulctatur, ibid.
Contumax an possit condemnari non dato ei termino ad se defendendum, e dicendum causam quare non debeat mulcta, ibid.nu.24
Contumax an appellet, q.31.nu.25
Contumax non potest citari ad comparendum, sub pœna carcerationis, vel banni, ibid.nu.26
Contumaciam bona quomodo vendantur in statu Ecclesiastico, q.44 num.11
Contumax habetur pro confitente factum, non qualitatem facti, cuius essentia ab illo facto, vel confessione non pendet, ibid. num.55
Contumax habitus pro confesso vigore statuti existentis in loco delicti, an vigore illius statuti possit alibi puniri, ibid.nu.65
Contumax habitus pro confesso, & conuicto, licet minor, non est amplius audiendus, q.44.nu.72
Contumax in expensis litis condemnatus non habens in ære, debet puniri corporaliter, q.95.nu.14
Et quid si pars, cui pœna venit applicanda, non consentiat mutationi, pœnæ, ibid.nu.18

Ex Claro.

CONVICTVS semel de crimine an possit esse testis in criminalibus, §.fi.q.24.nu.17

Ex Additionibus.

CONVICTVS, & confessus, quando possit appellare, quæst. 94. num.1
Et quando quis dicatur talis, ibid.
Conuictus, vt accusare possit arbitrio iudicis definitur, quæst.14. num.9
Conuictus an sit torquendus, q.64.nu.22 & quæst.66.nu.2
Conuictus quis dicatur, ibid.nu.5
Conuictus de crimine non punitur in Regno Franciæ, nisi sit etiã confessus, vbi agitur de vltimo supplicio, aut membri mutilatione, q.66.nu.2
Conuictus, qui semper negauit in tortura, ordinaria pœna puniri potest, q.64.nu.116
D.Clari lapsus, ibid.
Conuictus, an possit puniri pœna ordinaria, si fuerit tortus sine præiudicio conuicti, & confessi criminis, & semper perstiterit in negatiua, q.64.nu.24
Et protestatio ista quid operetur, ibid.nu.25
Et quomodo hoc casu debeant fieri interrogationes, ibidem, num.25
CONVINCI ex quibus quis possit, q.66.nu.1
COPIA testium examinatorum pro informatione Curiæ an sit danda reo, q.49.nu.44
Et quid de copia depositionum testium inquisitorum de suborniatione, ibid.nu.45
Copia allegationum ab sit danda, ibid.nu.47
CORPORA delinquentium iudex non permittens sepulturæ tradi, an, & quando teneatur, q.100.nu.2
Corpus delicti per indicia probatur, vbi ipsius vestigia non remanent, q.55.nu.22
CORRIGENDI animus quomodo probetur, q.56. nu.12
CORRVMPENS iudicem quomodo puniatur, q.73.nu.13
Corrumpens Aduocatum partis, punitur vt falsarius, & causam perdit, q.72.nu.18

Ex Claro.

CREDITORES vnius territorij an possint agere contra fiscum alterius territoris, §.fi.q.78.nu.28

Ex Additionibus.

Creditores publicis pœnis præferuntur, §.fi.q.78.nu.*153
CREDITORES damnati cuius bona fuerint confiscata, si possessioni bonorum inhærent, debent stare in possessione, donec eis fuerit satisfactum, q.78.nu.160
Creditoribus est adminiltrandum ius summariè, ibid.nu.162
CREDVLITAS an excuset, q.60.nu.77
Credulitas quælibet etiam fatua excusat à dolo, ibid.
Credulitas nimiæ culpæ ascribitur, q.73.nu.43
Credulitatis causa quomodo probetur, q.60.nu.80
CRIDÆ, quæ solent fieri per Senat. Mediolani, quomodo intelligantur, q.78. nu.166

Ex Claro.

CRIMEN, an, & quando probetur per instrumentum, lib.5.§.fi. q.54.num.1
Acta facta in iudicio ciuili an probent in criminali, ibid. nu.2
Dictum vnius testis in vna causa probat contra eundem testem contraria deponentem in alia inter diuersas personas, ibid. num.3
Confessio facta in vno iudicio, non probat in alio, ibid.nu.4
Confessio verè præiudicat, licet fortuito facta, ibid.nu.5
Confessio facta in inquisitione nocet etiam ad fauorem personę, quæ non fuit pars illius iudicij, ibid.nu.6
Confessio facta per literas missas iudici probat, ibid.nu.7
Crimina pro quibus imposita est bonorum confiscatio, quæ sint, §.fi.q.78.nu.3

Ex Additionibus.

CRIMEN falsi grauissimum est, §.falsum, nu.1
Crimen falsi acerrimam indagationem requirit, ibid.nu.4
Crimen falsi non probatur per comparationem litterarum, ibid. num.116
Et comparatio litterarum cum alijs adminiculis facit inditium ad torturam, ibid.
Et quomodo sit facienda comparatio in crimine falsi, ibidem, num.117
Crimen falsi verè dolum requirit, §.falsum, nu.309
Crimen læsæ Maiestatis quadraginta quinque modis committitur, §.læsæ Maiestatis, nu.2
Crimen læsæ Maiestatis committitur contra Imper. Remp. Regem, & quemlibet alium Dominum non recognoscentem superiorem, ibid.nu.3
Crimen læsæ Maiestatis, qualiter in primo, vel in secundo capite committatur, ibid. nu.6
Crimen læsæ Maiestatis excluditur, vbi alia coniectura minoris delicti sumi potest, ibid.nu.8
Crimen læsæ Maiestatis incurrit offendens Sedis Apostolicæ Legatum, Cardinalem, Patriarcam, Archiepiscopum, Episcopũ, vel eius Vicarium, §.læsæ Maiestatis, nu.12
Crimen læsæ Maiestatis committit etiam non subditus, ibidem, num.14
Crimen læsæ Maiestatis requirit declaratoriam iudicis, ibidem, num.16

Crimen

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Crimen læsæ Maiestatis an extinguatur morte, §.læsæ Maiestatis, num.27
Crimen læsæ Maiestatis contra absentem agitatur, & quandoq; contra non citatum, §.læsæ Maiestatis, nu.35
In crimine hæresis potest procedi post mortem infra quadraginta annos, q.51.nu.34
Et imponitur pœna confiscationis omnium bonorum aduersus quemcunque possessorem, num.eod.
Crimen vsurarum an sit merè Ecclesiasticum, §.vsura, num.21
Crimen quomodo probari debeat, lib.5.§.fi.q.20.nu.*7
Crimen stellionatus, q.83.nu.12
Crimen semel in iudicio deductum, quando possit iterum deduci, q.57.nu.6
Crimen veneni est detestabile, & longe grauius homicidio, q.68.nu.126
Crimen, an, & quando probetur per instrumentum, q.54.nu.1
Crimen, an, & quando morte extinguatur, q.51.nu.33

Ex Claro.

CRIMINOSVS an possit accusare, §.fi.q.14.nu.9

Ex Additionibus.

CVLPA lata in adulterio non æquiparatur dolo, §. adulterium, num.33
Culpa quando punitur capitaliter, q.84.nu.8
Culpa lata quando æquiparatur dolo, q.ead.nu.9
Culpa quando dicatur lata, & latissima, ibid.nu.10
CVMVLATIO actionis iniuriarum ciuilis, & criminalis an & quando & cum duabus cautelis, fieri possit §.Iniuria, nu.44
Cumulationis causæ ciuilis, & criminalis impedimenta quinque q.2.sub nu.6
CVRATOR an requiratur in criminalibus, q.50.nu.8

Ex Claro.

CVSTOS carcerum, cognoscens carnaliter mulierem carceratam punitur, §.fornic.nu.24
Custos carceris an possit reum absolutum retinere pro impensis, §.fi.q.62.nu.10

Ex Additionibus.

CVSTOS carceris ratione culpæ potest puniri capite, quæst.84.num.7
Custos carcerum de proximo relaxandum, non ita cautè detinẽs excusatur, q.68.nu.28
Item si senem detinet minus arctè, quam iuuenem, ibid.
Item si decipiatur ab vxore carcerati portante ei alimenta, si cum veste muliebri extraxit, ibid.nu.29
Et an in dubio præsumatur diligens, vel negligens, ibid.nu.30
Et an liberetur à custodia carcerati, si Iudex alios mittat ad custodiam carcerati, ibid.nu.31

D

Ex Additionibus.

DAMNA remittere nemo tenetur, q.58.nu.64
Damna soluens Vniuersitas, potest ea recuperare a delinquente postea reperto, q.82.nu.6
Et si imposuerit collectam, & ante exactionem delinquens reperiatur, non erit collecta vlterius exigenda, ibid.nu.7
Damni dati statutum an habeat locum in furto, & contra, ibid.num.13
Damni causa dans, damnum dedisse videtur, ibid.nu.14
Damnorum datorum causæ, quomodo agitentur in statu Ecclesiastico, q.82.nu.36
Damnum datum quando dicatur, q.82.nu.13
Damnum quando probetur per iuramentum damnum passi, §. furtum, nu.77
Et an admittatur probatio in contrarium, ibid.
Damnum datum ex leuissima culpa, an resarciri debeat, quæst.62 num.25
Damnum dantia animalia in agro alieno, si dominus agri ea inueniat, an retinere possit, q.82.nu.15
Et quid in Regno Neap. ibid.nu.16
Damnum ab animali illatum emendare, vel animal pro noxa dare tenetur dominus, ibid.sub nu.16
Damnum vel incendium in dubio præsumitur illatum ab inimico graui vel capitali, ibid. sub nu.19
Damnum an probetur per iuramentum damnum passi, ibidem, num.24
Et quid si probetur contrarium, ibid.nu.25
Et quid si iurans excessiuè iurauerit, an petatur reductio, ibid. num.26
Et quid si reus petat exprimi dies damni, an damnum passus ad hoc teneatur, ibid. nu.27
Et an stetur iuramento damnum passi super incidenti, & emergenti, ibid.nu.28
Damnum passi iuramento standum, dictante statuto, quomodo intelligatur, ibid.nu.29
Et an possit iurare contra laboratores, & operarios, ibidem, num.30

Ex Claro.

DAMNATVS publico iudicio efficitur infamis, §. fin. q. 72. num.3
Et quid si processum fuerit per viam inquisitionis, ibid.

Ex Additionibus.

DANS venenum proditor est, §.fi.q.68.nu.*120
DEBITOR, cuius bona fuerunt publicata, si restituatur ad vitam tantum, an teneatur ad antiqua debita, q.78.nu.157
Debitor delinquens an possit dare in solutum bona creditoribus, q.78.nu.104
Et quid si sit obligatus cum iuramento, ibid.nu.105
DECIANVS in tract.crim.impugnatur, q.38.nu.19
Decian.in cons.96.nu.20.impugnatur, q.44.nu.56
Decian.lapsus, §.furtum, nu.62
DECLARATIO super contumacia non requiritur in statu Ecclesiastico, q.44.nu.71
DECLARATORIA an possit fieri post mortem rei, quæst. 51. num.37

Ex Claro.

DECLINARI forum ex quibus causis possit, lib.5.§.fi.quæst.35. num.1
Et quis sit iudex competens Papæ, ibid.nu.2
Et de quibus criminibus possit Papa accusari, ibid.nu.3
Et an concilium generale sit supra Papam, ibid.nu.4
Et an Papa etiam volens possit se iudici laico subijcere, ibidem, num.5
Et quis sit iudex Imperatoris, ibid.nu.6
Et an populus Romanus possit Imperatorem degradare, ibidem, num.7
Et quis sit iudex regum, ibid.nu.8
Et quis sit iudex aliorum Principum secularium, ibid.nu.9
Et quis sit iudex Cardinalium, ibid.nu.10
Et an possit solus Papa deponere Cardinalem absque consensu collegij, ibid.nu.11
Et quis sit iudex competens Patriarcharum, & Archiepiscoporum, ibid.nu.12
Et quis sit iudex competens Episcoporum, ibid.nu.13
Et an si Archiepiscopus delinquat in diœcesi alterius Episcopi, possit ab eo puniri, ibid.nu.14
Et quis sit iudex clericorum, & monachorum regularium, ibid. num.15
Et quis sit iudex clericorum secularium, ibid.nu.16
Et quis sit iudex famulorum, & domesticorum Cardinalium, ibid.nu.17
Et an familiares, seu famuli episcoporum, & clericorum laici gaudeant priuilegio fori, ibid.nu.18
Et an illi, qui obtulerunt se, & bona sua monasterio, gaudeant priuilegio fori, ibid.nu.19
Pœnitentes an sint de foro Ecclesiastico, ibid.nu.20
Et quis sit iudex competens in syndicatu officialium, ibid.nu.21
Et an syndicatores possint cognoscere etiam de delictis officialium non pertinentibus ad officium, ibid.nu.22
Et quis sit iudex competens scholarium, ibid.nu.23
Et quis sit iudex competens militum, ibid.nu.24
Et quis sit iudex competens Iudæorum, ibid.nu.25
Et an officialis possit cognoscere de iniuria illata sibi, vel familiæ suæ, ibid.nu.26

Ex Additionibus.

DECRETI Mediol. (quòd Collaterales in crimine læsæ Maiestatis morte puniantur,) intellectus, q.86.nu.15
Et an statutum prædictum comprehendat minores, q.86.nu.16
Et an in materia dicti statuti masculinum concipiat femininum, ibid.nu.17
DECERPITI qui dicantur, q.64.sub nu.69
Et qui, & quomodo torqueri possint, ibid.
DECVRIONES, hodie qui dicantur, ibid.nu.66
Decuriones delinquentes in officio possunt torqueri, ibid.
DEFENDERE licet socium itineris, & amicum, §.homicidium, num.90
DEFENSIO quando sit licita, §.homicid.nu.83
Defensio quomodo probetur, ibid. nu.109
Defensio quomodo sit in iudicio deducenda, & probanda, §.eod. num.113
Defensio quando dicatur facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, §.homicid.nu.115
Defensio illicita est cum armis aduersus verba iniuriosa, vel percussionem cum baculo, §.eod.nu.119
Defensio an fuerit facta ex interuallo, vel incontinenti, remittitur arbitrio iudicis, ibid.nu.122
Defensio valet, licet facta sine termino, q.48.nu.6

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Defensiones possunt denegari latroni famoso, q.49.nu.52
Defensiones limites excessos esse nec ne, remittitur arbitrio iudicis, §. homicidium, nu.77
Defensionis limites excedens, punitur arbitrio iudicis, §. homicidium, nu.77
Defensionis limites excedens in rixa, nullam pœnam meretur, ibid.nu.116
Defensionis modum excedens aggressus, non debet condemnari ad pœnam conuentionalem, ibid.nu.117
DEFENSOR in criminalibus an admittatur, q.32.nu.2
Ex Claro.
DEFLORANS virginem nondum viri potentem, qua pœna sit puniendus, §. stuprum, nu.9
Ex Additionibus.
DEFORMATVS ab aliquo animali, ob deformitatem non potest agere contra dominum, q.99.nu.9
DEFORMITAS quomodo extimetur, q.69.nu.6
Ex Claro.
DEGRADATIONIS pœna in Clericis an dicatur corporalis, §. fi.q.70.nu.9
De pœna degradationis, §.fi.q.74.nu.1
Duplicem esse degradationem, & quæ sit earum forma, ibid.
Clericus non est deponendus, nisi propter graue crimen ibid. num.2
Clericus pro quibus criminib. actualiter degradari possit ibid. num.3
Quot Episcopi interuenire debeant degradationi, ibid.nu.4
Pœna degradationis imponitur etiam doctoribus, & militibus, ibid.n.5
Et an ab inferiore à Principe fieri possit, ibid.nu.6
Ex Additionibus.
DEGRADATIO solemnis non requiritur in clerico assassino, q.36.nu.33
Degradatio requirit incorrigibilem, q.ead.nu.39
Degradatio in dubio, intelligitur de leuiori, q.74.nu.1
Degradationis forma, q.36.nu.38
DELEGARI causæ criminales an possit, q.45 nu.2
DELEGATIO causarum generalis an comprehendat causas criminales, q.ead.nu.5
DELEGATA iurisdictio, vel excitata quando dicatur, q. 41. num.3
Ex Claro.
DELEGATVS an possit causas criminales altari sub delegare, §.fi.q.41.nu.2
Et quid si sit delegatus à Principe, ibid.nu.3
Delegatus an possit procedere vsque ad vltimum supplicium, ibid.nu.4
Ex Additionibus.
DELEGATVS an possit subdelegare, q.41.nu.7
Et quid in delegato è Principe, nu. 8
Delegatus citans, an debeat inferere in citatione copiam delegationis, ibid.nu.6
Delegatus quando cognoscat de iniuria facta suo officiali, q.35. num.29
Delegatus ad se informandum de mala fama, non potest se informare de bona, q.60.nu. 88
Delegati famulus si delinquat, per quem iudicetur, q.38.nu.88
Ex Claro.
DELICTVM non potest probari per instrumentum, l.5.§.fi.q. 54.nu.1
Delicta commissa extra territorium an noceant ad aggrauandum, §.fi.q.39.nu.10
Delicta communis fori quæ sint, l.5.§.fi.q.37.nu.1
Et an crimen vsuratum sit communis fori, ibid.nu.2
Et an crimen adulterij, ibid.nu.3
Et an crimen concubinatus, ibid.nu.4
Et an crimen sodomiæ, ibid.nu.5
Et an crimen sacrilegij, ibid.nu.6
Et an crimen sortilegij, ibid.nu.7
Episcopus an possit capi facere laicos ob crimina communis fori, ibid.nu.8
Reus absolutus vel punitus in vno foro, an possit etiam in alio puniri, ibid.nu.9
Delicta publica quæ dicantur, lib. 5.§.1.nu.1
Et an delicta commissa in offensam Dei, dicantur publica, ibid. num.2
Et an commissa in offensam Principis, ibid.nu.3
Et an accusatio cuiuslibet falsi instrumenti, dicatur publici iudicij, ibid.n.4
Priuata delicta quæ dicantur, ibid. nu.5
Et an de iure canonico sit aliquod delictum priuatum, ibidem, num.6
Delicta quæ sint mere Ecclesiastica, quæ mere secularia, & quæ communia, ibid.nu.7
Delicta quæ sint nominata, & quæ innominata, ibid.nu.8
Delicta quæ sint leuia, quæ grauia, & quæ atrocissima, ibidem, num.9
Iudex in atrocioribus potest iura transgredi, ibid.
Delictum, quod committitur faciendo, gradius est, quam illud, quod committitur omittendo, ibid.nu.10
Delictum, quod committitur verbo, an dicatur proprie maleficium, ibid.nu.11
Bannitus ex contumacia an dicatur bannitus ex maleficio, ibid. num.12
Contumacia habens annexum contemptum iudicis dicitur delictum, & potest criminaliter puniri, ibid.nu.13
Ex Additionibus.
Homicidium qualificatum est atrox delictum, lib.5.§.1. numero 21
Sacrilegium est atrox delictum, ibid.nu.21
Delictum dicitur atrox, cum pœna mortis indicitur, ibid.nu.22
Mandatum reuocatum in atrocioribus non facit euitare pœnam, ibid.nu.23
In atrocioribus ex circumstantijs iudicari solet, ibid.nu.24
Atrocitatis casus habent gradus inter se, ibid.nu.26
Contemptus iudicis dicitur delictum, ibid.nu.28
DELICTA publica, vel priuata quæ dicantur: & cur ita dicta, §.1.nu.1.& 6
Delicta merè Ecclesiastica quæ sint: quæ merè secularia, & quæ communia, ibid.nu.7
Delicta, quæ sint nominata, & quæ innominata, §. 1. nu.8
Delicta, quæ sint leuia, quæ grauia, & quæ grauissima, siue atrocissima, ibid.nu.9
Delicta exceptuata, quæ sint, q.21.nu.35
Delicta enormia quæ dicantur, q.28.nu.24
Delicta mixti fori, quæ dicantur, q.37.nu.1
Delicta mixti fori habent præuentionem in Regno Neapol. §. Blasphemia sub nu.17
In delictis occultis proceditur ex coniecturis, §. fin. quæst. 4. num.* 4
Delicta atrocia inter affines, & consanguineos, grauius puniuntur, q.60.nu.115
Delicta grauiora secundum seueritatem legum sunt punienda, q.67.nu.5
Delicta quando dicantur plura, q.84.nu.17
Delicti publici accusatio an forensibus competat, §.1.nu.2
Et an cuilibet de populo accusare liceat cum bona conscientia, ibid.nu.3
Delicti grauitas an semper arguatur ex qualitate pœnæ, ibi.nu.13
Delicti occulti inquisitionem Iudex incipit à Custodibus, q. 82. num.9
Delicto in confinio commisso quid agendum, q.38.nu.30
Delicto incepto in vno territorio, & alibi consumato, quæ Vniuersitas teneatur, q.82.nu.23
Delictum si committitur in loco communi duarum villarum, quis teneatur denunciare, q.7.nu.12
Delictum quomodo constare possit, fuisse factum nomine alterius, q.87.sub nu.22
Delictum attentatum, & perfectum an, & quando æquè puniatur, q.89.sub nu.12
Delictum dicitur enorme, quod fit cum fractura ostij, vel capsæ, §.1.nu.10
Delictum maius est, quòd de nocte, quam quod de die committitur, ibid.nu.11
Et in dubio præsumitur commissum de die, ibid.nu.eod.
Delictum maius est percutere alapa, quam pugno, ibid. nu.12
Et quæ sit ratio, ibid. nu.eod.
Delictum, quod committitur faciendo, an sit semper grauius illo, quod committitur omittendo, ibid. nu.21
Delictum, quod committitur omittendo, non punitur criminaliter, ibid.nu.22
Delictum maius est commissum in Ciuitate, quam ruri, ibid. nu.3.& q.60.nu.75
Item in diebus festiuis, ibid.nu.76
Delictum maius est, quod pecunia, quam quod gratis committitur, §.1.nu.24
Delictum, quod committitur omittendo, non dicitur propriè maleficium, §.1.nu.26
Delictum quando dicatur commissum prætextu officij, q. 35. num.13
Delictum an dicatur plenè probatum, non probatis qualitatibus in accusatione deductis, q. 65. nu. 25
Delictum antiquum quando dicatur, q.60. nu.106
Delictum futurum non potest per Principem remitti, q.59.n.95

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Delictum fuisse commissum sufficit quomodocunque constare, q.55.nu.14
Delictum minus an confundatur cum maiori, q.84.nu.27
Delictum commissum ab amico consanguineo, vel famulo alicuius, an præsumatur factum de voluntate ipsius, q. 86.nu.6
Delictum factum à filio, quando censeatur factum à patre, ibi, num,12
Delictum non prohibens, cum possit, peccat mortaliter, & tenetur in foro conscientiæ, q.87.nu.15

Ex Claro.

DELINQVENS si fugiat in aliam iurisdictionem, ibique captus sit à familia eum persequente, an sit liberandus, §. fin. q.29.nu.10
Delinquentes omnes an gaudeant immunitate Ecclesiæ, §. fin. q.30.nu.9
Et an delinquens extractus ab Ecclesia possit puniri corporaliter, §.fi q.30.nu.23
Delinquens, confugiens ad sacerdotem portantem sanctissimũ Eucharistiæ sacramentum, an gaudeat immunitate, §. fin. q. 30. nu. 24
Delinquens an possit extrahi à scholis, ibid. nu. 25
Et an à domibus Cardinalium, ibid.nu.26
Et an auelli à statutis principum,ibid. nu.27
Delinquens an possit puniri in loco originis, §.fi.q.39.nu.1
Et quid si ibi non inueniatur, ibid.nu.2
Et an quis sortiatur forum in delictis ratione domicilij, ibid. num.3
Et an iudex originis, vel domicilij possit ex officio, & sic per inquisitionem procedere contra subditum, qui extra territorium suum deliquit, ibid. nu.4
Et an his casibus puniri debeat reus secundum ius commune,an verò secundum statuta loci originis, domicilij, vel delicti, ibid.nu.5
Et an possit delinquens puniri in loco, in quo assidue conuersatur, ibid.nu.6
Et an vagabundus possit vbique puniri, ibid.nu.7
Et quis dicatur vagabundus, ibid.nu.8
Et an banniti dicantur vagabundi, ibid,nu.9
Et an delicta commissa extra territorium noceant ad aggrauandum, ibid.nu.10
Delinquens an possit dare de bonis suis in solutum creditoribus, §.fi.q.78.nu.21

Ex Additionibus.

DELINQVENS si reperiatur in flagranti, quis ordo procedendi seruari debeat, q.8. nu.1
Et an faciant fidem Ministri Curiæ, vel alij eum consignantes, ibid.nu.2
Et quis dicatur in flagranti captus, q.8.nu.3
Et an quilibet possit capere repertum in flagranti, & ad iudicem ducere, ibid. nu.4
Et an priuati, sint in culpa, nisi in flagranti deprehensum capiant, ibid.nu.5
Delinquens in flagranti repertus, absque processu potest puniri, q.8.nu.7
Et contra eum proceditur iuris ordine non seruato, ibid.nu.9
Et an eo casu admittenda sit appellatio, ibid,nu.10
Et an appellatione interposita,vel pendente termino ad faciendum defensiones, fit differenda executio, ibid.nu.11
Et quid si timeatur de tumultu, q.8.nu.12
Delinquens, & se reuelans, an habeat præmium propositum reuelanti delinquentem, q.27.nu.19
Et quid in socio, nu.11
Coracoræ publici latronis in Hispania, exemplum, ibid. num, eod.
Delinquens, an, & quando possit capi, vide supra verbo captura, & verbo Iudex.
Delinquens in flagranti, potest à quolibet capi, q. 28. nu. 28
Delinquens propè Ecclesiam quando præsumatur delinquere spe immunitatis, q.30.nu.20
Delinquens in vna Ciuitate an puniatur in confederata, q. 38. nu. 26
Et quid seruetur in Regno Neap. & statu Ecclesiastico, ibid. nu.27
Delinquens in confinio duorum territorium,si in vno habitet, à iudice illius punitur, q.38.nu.28
Delinquens in vno territorio, & alio confugiens, debet remitti ad locum delicti, vel in loco capturæ puniri, q. 38. nu.56
Et contraria consuetudo non valet, ibid.
Delinquens remissus, secundum quas leges debeat puniri, q. 28. nu. 64
Delinquens quare sit remittendus ad locum delicti, quæst. 38, num. 65
Delinquens extra officium, an possit puniri ab ordinario, q.38. num.89
Delinquens in mari per quem iudicem puniatur, ibid.nu.4
Delinquens sub spe impunitatis non est tutus, q. 59. nu.97
Delinquens si habet dilucida interualla, quando præsumatur deliquisse, q.60.nu.29
Delinquens an possit dare insolutum bona creditoribus, q. 78. nu. 104
Delinquens, an, & quando perdat administrationem bonorum, q.78.nu.172
Delinquentes Regni Neap. an possint stare in statu Ecclesiastico, & contra, q.71.nu.18
Delinquentes debent publicè puniri,nisi de licentia Principis, & ad requisitionem parentem, q.99.nu.7
DENVNCIANS vti priuatus, creatus exinde publicus, non tenetur amplius denunciare, q.7.sub nu.12
Denunciantes ex officio si ob pecuniam crimina celant, simoniam committunt, q.7.nu.3
Denunciantis dictum an faciant plenam fidem, ibid. nu.1
Et an sit ei credendum quòd fuerit ab alio impeditus, vel verberatus, ibid.nu.2

Ex Claro.

DENVNCIATIONEM aperire viam iudici ad inquirendum, lib.5.§.fi.q.7.nu.1
Denunciare quis possit, ibid.nu.2
Dictum denunciantis an sufficiat ad inquirendum, ibid.nu.3
Officiales quomodo constituantur ad denunciandum delicta, ibid.nu.4
Et an possint denunciare etiam delicta non notoria, ibid.nu.5
Et an teneantur denunciare ea maleficia, quæ sunt de iure impunita, ibid.nu.6
Denunciare an cuicunque liceat, ibid.nu.7
Monachus an possit denunciare, ibid.nu.8
Laicus an possit denunciare clericum de crimine, ibid. nu.9
Denunciationis forma quæ sit, ibid. nu.10
Et an sint seruandæ solemnitates iuris, ibid.nu.11
Denunciator, qui non probat contenta in denunciatione, an sit in expensis condemnandus, ibid.nu.12

Ex Additionibus.

DENVNCIARE delicta, an cuilibet liceat, q.7.nu.13.
DENVNCIATIO an sufficiat ad inquirendum, q. 7. in princ.

Ex Claro.

DENVNCIATOR, qui non probat contenta in denunciatione, an sit in expensis condemnandus, §.fi.q.7.nu.12

Ex Additionibus

DENVNCIATOR, querelans, & accusator, an, & quando possint esse testes d. q. sub nu.2
Denunciator falsus, & quando condemnet in expensis, vel aliter q. ead.nu.14
Denunciator in actis non nominatos, an possit ad expensas condemnari, q.62.nu.37
DEPONENS aliud in iudicio, & aliud extra iudicium, qua pœna sit puniendus, §.falsum, nu.42
Deponens falsum sine dolo an sit puniendus, ibid. nu.265
DEPORTARE quid sit, q.67.nu.15
Deportationis loco succeſſit decapitatio, ibid.nu.16
Deportationis pœna est in vsu apud Ianuenses, ibid.nu.17
DEPOSITIO testis etiam in tortura, absque citatione non nocet parti, q.11.nu.4

Ex Claro.

DEPREHENSIO rei in flagranti crimine aperit viam iudici ad requirendum, lib.5.§.fi.q.8.nu.1
Et an faciat plenam probationem, ibid.nu.2
Et an reo deprehenso in flagranti crimine, dandus sit terminus defensionis, & copia indiciorum, ibid.nu.4
Et an requiratur sententia, ibid. nu.4
Et quid si iudex oculis proprijs videat maleficium committi, ibid.nu.5

Ex Additionibus.

DEPREHENSVS in mendacio quomodo sciuerit delictum poterit torqueri, q.21.nu.157
DESISTENTIA, an, & quando admittatur in Regno Neapol, q.58.nu.15
Et quid in statu Ecclesiastico, ibid.nu.18

Ex Claro.

DETRVSIONIS in Monasterium pœna an hodie sit in vsu, §. fi.q.70.nu.6

Ex Additionibus.

DICENS se velle Regem occidere, si aliud non fecit non tenetur, q.91.nu.2
Limita nisi hoc cum pluribus dixisset faciendo coniurationem, ibidem.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Amplia, vt non teneatur etiam si solus secum dixisset, & iurasset, ibid.nu.3

Ex Claro.

DICTVM denunciantis an sufficiat ad inquirendũ, §.fi.q.7.n.3

Ex Additionibus.

DICTVM vnius testis in vna causa probat contra eundem testem contraria deponentem in alia inter diuersas personas, q.54.nu.3

Ex Claro.

DIES an exprimendus sit in accusatione, §.fi.q.12.nu.13
Et quid si dies expressus non probetur, ibid.nu.14

Ex Additionibus.

DIEI falsa demonstratio, & mensis, an vitiet inquisitionem, q.66. nu. 22
Dies, & hora an exprimi debeant quando opponitur contra testes, q.24.nu.84.& seq.
Dies termini, an, & quando computetur in termino, q. 48. num.2
Dies quando interpellet pro homine, q.45.nu.52

Ex Claro.

DIFFAMATIONEM præcedere debere, ad hoc vt iudex per inquisitionem procedere possit, §. fi. q. 6. nu. 1
Et quid in iudice ordinario, ibid.nu.2
Et quid si iudex mero officio procedat, ibid.nu.3
Et an etiam ad assumendas informationes super ipsa fama, ibid. num.4
Et quid in inquisitione generali, ibid.nu.5
Et quid, in inquisitione, quæ fit contra officiales syndicandos, ibid. nu.6
Et quid, in crimine hæresis, ibid.nu.7
Et quid, si formetur inquisitio ex mandato Principis, ibid.nu.8
Et quid si non fuerit de hoc oppositum, ibid.nu.9
Et an hæc conclusio de consuetudine obseruetur, ibid.nu.10

Ex Additionibus.

DIFFAMATIO, an debeat præcedere inquisitionem, q. 6. num.1
DIFFERENTIA, quando iudex procedat vt ordinarius, vel vt delegatus, q.41.nu.4
DIFFIDATVS, quis proprie dicatur, §. assassinium, nu.9

Ex Claro.

DILATIONES quot dari debeant in causis criminalibus, lib.5. §. fi. q. 48. nu. 2
Et an in causa adulterij concedendæ sint prout in alijs causis, ibid.nu.3
An in causis criminalibus sint vtroque parti communes, ibid. num.4

Ex Additionibus.

DILATIO concessa reo fit communis actori, q.44.nu.27
Dilatio ad se defendendum, an sit danda reo non petenti, q. 49 num.50
Et quid si cauillandi causa petat, ibid.nu.51
Dilatio à iudice concessa potest commutari, abbreuiari, & reuocari, q.48.nu.1
Limita nisi is, cui fuerat concessa ea vti cepisset, ibid.
Item nisi fuisset data de consensu partim, ibid.
Dilatio longior conceditur nobili quam rustico, q.48.nu.3
Et quando possit alterari, ibid.
Dilatio vni parti concessa, est alteri communis, q.47.nu.8
Ampl. etiam si fuerit concessa de iure speciali, ibid.
Dilatio secunda, nec noua capitula, nec noui testes post primum terminum dantur in sacro Consilio Neapolitano, licet de æquitate reus admittatur in criminalibus ad vberius probandum, & se defendendum sine dilatione, quæst.48.numero 5
Dilatione pendente iudicis officium conquiescit, ibid.nu.4
Et an processus factus ea pendente sit nullus, ibid.
Et a consensu partium ratificari possit, ibid.
Dilationes in criminalibus non sunt necessario dandæ, q. 48. num.7
DISPOSITIO cap. 1. & 2. de adulter. an seruetur in Regno Neap. §.stuprum, nu.25
Dispositio omnis cap. interpretationem à solito, q. 59. nu. 61
DISPVTATIO cum Aduocatis non requiritur, cum tractatur de inferenda tortura testibus, q.25.nu.5
DISROBANTES in stratis publicis impunè occidi possunt, §. homicidium, nu.298
DIVTVRNITAS temporis quando excuset, q.60.nu.109
Et an in grauibus delictis, ibid. nu. 110
Et Farinac. lapsus notatur, ibid.nu.111

Ex Claro.

DOCTORES, vel scholares Bononienses Academiæ, qui domos aliorum Doctorum, vel scholarium ante conductionis tempus præoccupare tentant, sunt excommunicati, §.fi.q.77, num.26
Et an hoc locum habeat etiam in alijs Gymnasijs, ibid.
Doctores an possint carcerari, §. fi. q.28.nu.4

Ex Additionibus.

DOCTOR testis si variat an torqueatur, q.25.nu.19
Doctor priuatus propter delictum an possit iterum doctorari, q. 73. nu.3
Doctores debent intelligi secundum leges, quas allegant, q.44 num.54
Doctores impune arma deferunt, q. 82. nu.77
Doctores in rebus proprijs sciunt minus quam alij, q. 49. nu. 12
Doctores quando possint torqueri, & carcerari, q.64.nu.52
Doctores non torquentur si examinati vti testes vacillauerint, ibid.nu.65
DOLOR an excuset, & quando, q. 60.nu.72
Et quid si offensus dederit causam doloris, ibid.nu.73
DOLOSVS sicarius qua pœna puniatur, §.homicid.nu.13
DOLVS ex qualitate facti, & personarum perpenditur, §. falsum, nu.266
Dolus verus, & præsumptus probantur indicijs, & coniecturis, ibid.nu.269
Et de modis probandi, & præsumendi dolum, ibid. nu.270
Dolus præsumitur 123. modis, §. falsum, nu.306
Et quomodo præsumatur, ibid.nu.307
Dolus ex præsumptionibus, & coniecturis inducitur, & cessat, in d. §. falsum, nu.308
Dolus verus, & præsumptus quomodo probentur, ibid.nu.311
Dolus ex quibus præsumatur cessare, q.60.nu.84
Dolus in dubio an præsumatur, q.60.nu.113
Dolus in delictis quando requiratur, q.84.nu.1
Dolus præsumitur modis 123. ibid.nu.3
Dolus quomodo probetur, ibid.nu.2
Dolus dicitur probatus probata violentia, q.84. sub nu.5
Dolus non datur vbi non est causa delinquendi, ibid.nu.4
Dolus verus, & præsumptus quomodo probentur, ibid.nu.5
Dolus, calliditas, machinatio, & fraus, quid sint, ibid.nu.6
Dolus est, qui non sequitur arbitrium imperantis, q.31.nu.20
Dolus in materia incendij quomodo probetur, q.68.nu.51
Dolus præsumitur in sciente, vel scire debente, q.90.nu.41
DOMESTICVS quis sit, q. 35. nu.20

Ex Claro.

DOMICILII ratione an quis sortiatur forum in delictis, §. fi. q.39.nu.3
Et an iudex originis, vel domicilij possit ex officio, & sic per inquisitionem procedere contra subditum, qui extra territorium suum deliquit, ibid. nu.4

Ex Additionibus.

DOMICILIVM contrahi quomodo dicatur, q.39. nu. 6. & q. 82.nu.86.
Et quomodo probetur, ibid.nu.8

Ex Claro.

DOMINVS commiscens se cum subdita, an puniatur, §. fornicatio, nu.21
Domino rei an liceat rem furatam perquirere in domibus aliorum, §. furtum, nu. 3
Et an possit proponi edictum, vt quilibet teneatur indicare rem furtiuam, ibid.nu.4
Dominus pro subdito; & seruo an audiatur, §. fi. q. 33. nu.5
Dominus non tenetur pro delicto famulorum, §. fin. quæst. 86. num.2

Ex Additionibus.

DOMINIS duobus existentibus, quorum vnus habet ex conuentione Regimen pro duobus annis, non potest remittere pœnam bannitis ante dictam conuentionem, q.59.nu.8
Dominus præsumitur informatus de qualitate, & conditione famuli, q.86.nu.4
Dominus, an teneatur in solidum, si plures de sua familia damnum dederint, ibid.nu 18
Dominis duobus existentibus insolidum in eodem castro, an alter possit alterum punire, q.35.nu.8
Et quid si vnus ciuilem, alius criminalem iurisdictionem habeat, ibid.nu.9
Dominus domus, in qua res furtiua reperta fuit, an dicatur in culpa, q.21. nu.160
Et an credatur vnico testi, quod ibi reperta fuerit, ibid. nu.161
Et quæ probatio, vel indicium inde oriatur, ibid. nu.162
Dominus rei furtiuæ non repetit precium emptori bonæ fidei restitutum, §.furtum, nu.116

Ex Claro.

DOMVS priuatorum, in quibus fiunt sacra mysteria, fisco applicantur, §. fi. q. 79.nu.4

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Item domus ædificata iuxta aliam domum non dimisso spatio quindecim pedum fisco applicatur, ibid. num. 5

Ex Additionibus.

DOMVM sodomitis commodantes, vel precium accipientes, pari pœna plectuntur, §. sodomia, nu. 11
Domus existens intra 40. passus propè Ecclesiam, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, q. 30. nu. 9
Domus diruenda debet dirui à fundamentis, q. 82. nu. 92
Domus, an possit dirui pro contumacia, ibid. nu. 93
